


Henrici Boceri IC.

I N C L Y T A  
T U B I N G E N S I  
A C A D E M I A P L A C I-  
T O R V M F E V D A L I V M,  
& criminalium sanctionum Pro-  
fessoris ordinarij,

Tractatus Novus,  
*D E Q U Ä S T I O-*  
*N I B U S, E T T O R T U-*  
*ris Reorum; perpetuis quæstionibus arduis, usū fre-*  
*quentioribus, accuratè expeditis, magno studio*  
*descripsis, & continuè di-*  
*gestis.*



T U B I N G A,  
Typis & Impensis Cellianis,

A N N O M. D C V I I.

ILLVSTRI, ET  
GENEROSO DOMINO,  
DOMINO MAXIMILIANO,  
Sacri Romani Imperij Archimarschallo hereditario, Do-  
mino à Pappenheim, Comiti in Eurenghen Land-  
gratio Stilingen, Domino in Hevven,  
& Greventhal, Domine  
iux clementi.



IRAMVR NON IMM  
merito mirandam eruditæ an  
tiquitatis sapientiæ, ut alij shu  
manis in disciplinis varijs, ita  
cumprimis in nobili iurispru  
dentianostra, Comes Illustre,  
Domine Clemens. Ut n. cæte  
rataceam, quibus nostra abundat civilis Nomothet  
sia, non est exiguamentis, & ingenij præclarum illud  
questionis, & tortura Reorum inventum. Obscurum  
cuiquā non est, quam nefandas sepe committantur à  
multis sceleris, quos omnes pœna coerceri digna, &  
humana suadet ratio, & iura præcipiunt omnia; Ne  
que iniuriā; cum impunitas delicti non sine magno  
Reipub. detrimento ad peccandum sepe inviteret ali  
os: Conspectus verò supplicij quo facinoris cuiusdam  
rei afficiuntur publice, plerunque deterreat alios,  
atque hinc populi salus retineatur integra, perpe  
tua. Si qui non raro accidit, ut verum admissi cri  
minis ignoremus autorem, indicia tamē adsint, que  
aliquem de commissione malicio suspectum reddent  
valde; qua sola Index spectare si velit, & illis motus,  
conjecturā duntaxat gravium, pœna afficere modū

: ( a

officij

¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶

P R A E F A T I O ,  
C O N T I N E N S M A X I M E  
U s u m M A T E R I Æ H u j u s  
& partitionem tra-  
ctatus.

S Y M M A R I A .

- 1 Officiū magistratus est, animadvertere in faciōtoſos.
- 2 Maleficia non debent esse impunita.
- 3 Punitorum exemplo alii deterriti minus delinquunt.
- 4 Puniri nemo debet, niū prius de crimine admissio le-  
gitimē ſi: convictus.
- 5 Alius pro alio puniri non debet.
- 6 Crimina ut plurimum occulte committuntur; quo caſa  
opus eſt tortura.
- 7 Tortura eſt res fragilis, & periculosa.
- 8 Diligens cautio adhibenda in decernenda tortura.
- 9 Partitio totius hujus tractatus in ſex capita.



O N M I N I M A P A R S E S T  
officii magistratus, curare, ut  
pacata ſit, & quieta Republica  
quam gubernat: Id quod non  
difficile obtinebit, ſi ſollicitè  
agit, ut ea hominibus careat malis, & in-  
unumquemque, pro ut deliquerit, animad-  
vertat ſerio, l.congruit 13.in princ. ff.de offic.pra-  
ſidis. † Quò spectat etiam illud Juliani Ju-  
riſi conſulti, in l. ita vulneratus 51.vers. Quid ſe  
A quis.